

# Franckesche Stiftungen zu Halle

**O Christos Sphragistheis. h.e. Obsignatio Christi, Ex. Joh.  
VI, 27. Variis Philologico-Theologicis Observationibus  
illustrata**

**Gude, Gottlob Friedrich**

**Laubæ, [1727?]**

**VD18 13459597**

---

#### **Nutzungsbedingungen**

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

#### **Terms of use**

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de) <urn:nbn:de:gbv:ha33-1-197227>





65. E 12

65 E. 12

29.

Ο ΧΡΙΣΤΟΣ ΣΦΡΑΓΙΣΘΕΙΣ.

h. e.

# OBSIGNATIO CHRISTI,

*Ex Joh. VI, 27.*

Variis Philologico-Theologicis Observationibus  
illustrata.

QUAM

MAXIME REVERENDO

## M. FRIDERICO GUDIO,

GRAVISSIMUM PASTORIS PRI-  
MARI MUNUS APUD LAUBANOS

*Dic 30 Novembr. 1727. feliciter auspicanti,*

*Et calendis Dec.*

## LIX NATALEM FAUSTO OMI- NE CELEBRANTI,

votiva filii mente  
dicat

## M. GOTTLLOB FRIDERICUS GUDE,

Diaconus & Catecheta Laubæ.

---

Laubæ, Typis Nicolai Schillii.

O XPI TOTUS SPALAZERIS.

OBSCIGNATIO CHRISTI.  
RE

X. V. N. 2  
Vetus Physiologico - Theologicae Operationes  
Illustratae.

GRATIA

MAXIME REVERENDO

M. FRIDERICIO GUDIO.

GRAVISSIMUM PASTORIS PRI.

MARINUMS AUPDTAVENTANOS

Dicitur Vetus Physiologico - Theologico Operationes

E. et scriptor Dicitur

LX NATALIUM FESTO OMNI-

NE CIBERBANTI.


Vetus Physiologico

Scriptor

M. GOTLIBOR FRIDERICUS GUDIE.

Dicitur Vetus Physiologico Operationes

LXXX. Tunc M. Gotlibus Gudie



Q. D. B. V.



Uæ TIBI, CHARISSIME PARENTS, novi ejusque gravissimi muneris pariter, ac ætatis TUÆ novi anni auspicia, binis diebus se invicem excipientibus, fausto omni capessendi, felicitas nunc continet; svadet, imo imperat, ut de illa pro mea, erga TE, filii pietate TIBI publice gratuleret. Neque credo, fore, qui mihi hoc scriptioris genus, quod exiguum esse lumbens fateor, vitio vertant; aqua mentis trutina pensitantes, TE præter, CHARISSIME PARENTS, si a summo Numine discesserim, hoc in rerum universo mihi esse neminem, cui tot tantaque beneficia in acceptis referre debeam. Noverint igitur omnes, que pia vota TIBI nuncupem! quibus TIBI utilius & jucundius scio nihil. Atque ut illa TIBI eo favora sint, philologicum meletema iis præmittam, quod ab iis non longe alienum, sed foniis ad instar sit, qui illa ipsa scaturiat. Sed quæ votorum scaturigo præter Christum patet?

a 2

Per

**P**er Christum parta salus omnis est, quam anhelat anima  
credens, & quæ ipsam votorum ejus compotem reddere valet!  
**I**dem fons mihi nunc pateat, cum de votis, TIBI, CHARIS-  
SIME PARENTS, solvendis sim sollicitus! Nec spem falcat la-  
bor, qui in oraculo quodam sacro de Christo nunc versabitur.  
**P**rae aliis nunc in mentem recurrunt solatii plenissima dicta,  
quæ ex mellifluo salvatoris nostri ore profluxerunt, & a Jo-  
hanne Theologo C. VI, 27 Evangelii sui recensentur. Profert  
eadem Christus de seipso. Cibum enim, a se hominibus præ-  
bendum, commendaturus, hanc addit rationem Christus:  
**T**έλον γαρ ο πάτηνε ιεΦρείγιτεν, ο Θεός. Hunc enim Pater ob-  
signavit, DEus. Cum superiori hebdomade Obsignationem fi-  
delium passivam Paulum Ephes. I, 13 14. secutus, pro concione  
explicarem; alia inter & hoc Christi effatum meditationi meæ  
subjiciebat thema. Temporis vero ac instituti mei ratio pro-  
hibebat, quo minus decentem operam illi perlustrando impen-  
derem. Nihilo minus tamen dignitas & gravitas Ejus pri-  
mo statim intuitu oculorum aciem perstringebat; ut  
firmiter constituerem, ubiorem ejus perlustrationem hac i-  
psa occasione moliri, TIBIque, CHARISSIME PARENTS, ex  
philologicis in S. S. dicta observationibus mentem TUAM cu-  
ris laboribusque fessam non parum recreanti, consecrare. In  
primis cum Interpretes evolvens non sine tædio animadver-  
tendum mihi fuerit, partem illorum hujus effati emphasis  
prorsus transisse, alios in illa plures nexuisse, quam solvisse &  
enodasse nodos. Quorum omnes in presenti recensere ac  
confutare, nec libet nec licet. Is enim cancellis conscriptus  
erit labor, ut quæ de hoc Christi effato sententia sit mea,  
pronunciem; salva omnium libertate a me dissentendi.

[a]  
Et

---

a] Cui volupe est varias Interpretum explicaciones legendi, audeat WOL-  
FIUM curis Philologicis ad h. l.

*Et ut aberuenda hujus verbi significacione exordium capiat oratio nostra, omnium, quos consuluumus consensu, interpretum, σΦεαγιγεν, vi etymi sui σΦεαγις, proprie significat; nota impressa aliquid notare, ac insignire. Cujus impressio-  
nis variae citari possunt causae, modo, ut cui promissum nostrum confirmemus; modo, ut quid custodiamus & muniamus; mo-  
do denique, ut unum ab altero distinguamus. Ob singulas  
causas non solum res, sed homines etiam omni ævo ob-signati  
fuerunt. [b] Saltēm hic consignandi ritus, ansam suppedita-  
vit hominibus figuratam quandam phrasin formandi, ac interdum res hominesque improprio sensu ob-signatos dicendi. [c]  
Hinc non adeo inusitatum & infrequens videtur, quod Christus se σΦεαγιδέναι, ob-signatum appelleat. Eamque ob-signa-  
tionem a Patre sibi factam asseverat, ιξ ḡ πάτω πατζιά, tota fa-  
milia in cœlis & in terra nominatur, Ephes. III, 10. qui eum  
—ρην hodie genuit. Ps. II, 7. Insuper commemorat notam  
a Patre sibi impressam, nimirum O ΘΕΟΣ. Quam vocem ab  
Interpretibus ad Patrem Christum ob-signantem communiter  
referri non ignoramus, sed quid obstat, quo minus vocem τὸ  
ΘΕΟΥ pro illa ipsa nota accipiamus, quam Pater Filio suo  
impressa? Visne illam per appositionem cum τῷ πατζὶ constru-*

a 3

en-

- 
- b] Quas ob-signandi causas allegat, & exemplis ex Tabulis S. illustrat D. WERNSDORF Diss. de Contristatione Spiritus ob-signatoris. Ephes. IV, 30. §. 13. pagin. 24. confer etiam D. CORNELII HASÆI Diss. de Stigmatis Veterum, & M. DERLINGII de Servis Literatis. Atque hæc stigma etiam pro sigilla habita fuisse, patet ex Chrysostomii Homilia in Rom. IV, ad cujus comma XI. stigma, quod inuri solebat militibus σΦεαγιδα τὸ σεαγιτό, sigillum militum appellat. T. IV. Opp. pagin. 94.
- c] Quemadmodum Christiani baptizati, & crucis signo signati, primo ævo dicebantur σΦεαγιζούμενοι, ob-signati, referente JOSEPHO BINGHAM Originibus Ecclesie. Vol. IV. pegin. 312. edit. Halensis; nec non WERNSDORFI I. c.

endam? Ast p'urimorum, si non singulorum S. S. dictorum in-  
spectio, in quibus voces per appositionem sunt connexæ, edo-  
cet, quod ille voces more consuetudo se invicem immediate sequan-  
tur, absque interjecta voce alia, quæ h. l. legitur, & vocum  
appositionem statuendam disvadet. [d] Ipsam igitur notam  
Christo a Patre impressam designare, nobis videtur, vox O  
ΘΕΟΥ solitarie posita; & Christi dicentis scopus eo tendens:  
Pater divinitatis charactere me distinxit, & instruxit. Jux-  
ta Patris de Filio suo sententiam Exodi XXIII, 21. latam; וְנִ  
בְּקִרְבָּנוּ nomen meum est in ipso. Nomen DEI autem ipsam  
ejus essentiam significat, quandoquidem Deus is est, qui dici-  
tur. [e] Illustrat hæc verba Paulie logium, Christo Ebr. I, 3.  
dictum; quod sit effulgentia gloriae, & character personæ il-  
lius; imago DEI invisibilis. Coloss. I, 15. Hinc non nisi figura-  
te Christi ob-signatio intelligi debet ac potest; quod scilicet rea-  
liter & essentialiter ab omnibus creaturis sit distinctus; quem-  
admodum res quedam aut homo distingvendi causa ob-signari  
solet. [f] Distinctio est ab hujus ob-signationis actu ejus  
manifestatio. Ille non unus, sed duplex fuit; nec hominum  
ulli oculis usurpari licuit. Complectitur enim Christi ob-  
signatio cum generationem ejus æternam, quoad divinam na-  
turam; tum humanæ suæ naturæ in divinam επόσατον, rece-  
ptionem, & divinæ naturæ essentialium proprietatum colla-  
tio-

d] confer: GLASSII Philologiae S pagin. 544. edit. noviss.

e] vid. idem l.c. pagin. 1505. coll. Actor. III, 16. IV, 7.

f] Audiamus cl. RITME ERUM de יתְּרֵי Signs frontis honorum Israelitarum  
apud Ezechiem c. ix, 4. pagin. 29. docentem: Quando merces emperat  
pecunia nondum soluta secum abducere vellent, ne cum aliis permuta-  
rentur; eas sigillo suo aut alia quadam nota signabant in anteriore  
parte. Solebant hoc quoque cum mancipiis, ne cum alienis servis mi-  
scerentur, facere; quod THEOPHYLACTUS in Rom. VIII, 10. his  
testatur verbis: Quis non habet sigillum, non est Domini, quem sigillum  
designat. Igitur ob-signatio distinctionis est symbolum.

tionem humanae naturae donatam. Ut ergo actus Christum reddidit illustrem & conspicuum, & ab aliis distinxit. Nam cui dixit angelorum unquam Deus: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Ebr. I, 5. Ecquis angelorum nedium hominum gloriarum potest: Data mihi est omnis potestas in celo & terra; quem Christus se celebrat Matth. 28, 18. Appellatur etiam hic posterior actus, quo humana Christi natura ob-signata fuit, Unctio. [g] Unctum enim quoad humanam naturam Christum, canit David: Ps. XLV, 8. על־כֵן מִשְׁׁרֶךָ אֱלֹהִים אֲרוֹן־  
שְׁמַן שְׁמַן מִחְכְּרָה propterea unxit Te Dominus, Deus tuus, oleo laetitiae pra locis tuis, [h] eamque ob causam Filio DEI nomen משיח Xeis 58 undi competit.. Ex quo actu observato discrimine controversia inter Patres mota facile decidi potest, utrum ad divinam, an ad humanam naturam Christi ob-signatio referenda sit. [i] Neutri enim naturae soli illa ob-signatio tribui potest, sed utraque natura ob-signationem quandam sibi suo modo vindicat. Imo quoad divinam naturam Christus suum ipsius ob-signator dici potest, quoniam divina natura in humanam proprietates suas contulit. Utriusque ob-signationis necessitatem docet David Ps. XLIX, 8. 9. & Paulus Ebr. VII, 26. 27, quod absque illa Christo non licuerit pro hominibus penas dare, ipsisque vita spiritualis ac aeternae bona

na

[g] Docente cl. LAMPIO in Commentario suo in Johannem ad fl. I. Patres quidam ob-signare per ungere interpretari fuerunt, Sub unctionis enim nomine tota inauguratio aliquius in munus exprimitur. Quod autem Christi unctionem latiorem esse sentiat ob-signatione; in eo nos quidem non habet consentientes. E contrario immensa humanae Christi naturae unctio, per singulis credentibus, effectus nobis esse videtur, quod quoad divinam suam naturam jam ob-signatus, & divinae essentiae imago expressa fuerit.

[h] PLATONIS Clave S. S. pagin. 798, observat, ut etiam reddi posse propter coll. Ps. LXVIII, 30. Utrisque significatio admitti potest, sunt enim subordinatae.

[i] Cujus mentionem initit LAMPIUS l. c.

na promereri; quae singula h. l. Christus appellat: cibum non pereuntem, sed cibum illum manente in vitam aeternam, quam ieyudicari, operari, h. e. fide sibi applicare, auditores jubet, sensu non legali, sed evangelico; qui a malitia repugnantia homines prohibet, & acceptationem suadet. Collato sequente commate 29. h. c. & Jes. LV, 1. Singuli enim Imperativi, & mandata, per quæ pænitentia, fides & vita sancta hominibus injungitur; divinis promissionibus nutuntur, quod id omne nobis dare velit, quid nos perficere jubet. Ethinc Theologis Imperativi Evangelici audiunt. Ne autem homines Christi ob-signatio lateat, variis etiam modis eam manifestavit Deus; Distinxit Filium suum criteriis falli nesciis! ne culpa vacarent, qui in Christum credere nollent. Tendebant in hunc scopum singula vaticinia & typi, sub quorum umbris Christus in veteri Testamento promissus erat, quasve singulas adventu suo in carnem collastrabat. Nonne miraculorum a se editorum copia omnium oculos in se convertere poterat Christus? De cœlo clamabat Pater coram omni populo: Hic est Filius meus dilectus, quo delector. [l Matth. iii, 17. & Matth. xvii, 5. Ephes. 1, 6. Johannes Baptista affirmabat, se Spiritum sanctum super Christum atri neglegav descendenter confixisse, & ex divino monito Christum inde cognoscere.

---

D. JOACHIMUS LANGIUS in Commentario suo in Epistolas Petrinæ pag. 639, vim vocis ἀγαπῆ egregie collustrat h. m. Additâ voce αγαπήσος, eaque cum articulo posita, ὁ αγαπητός, hunc Filium essentialiter a filio ex gratia adoptatis distinguit — — Et quia filii unigeniti a parentibus suis unice solent diligiri, utpote soli, qui diligi possint, atque ita primario esse αγαπητό. Hinc factum, ut dilectus apud Gracos idem esset ac Iudeus vid. LXX Interpr. Genes. xxxii, 2; 12, 16. Prov. 14, 3. Zach. xii, 10.

cognovisse. Joh. 1, 32. 33. [m] Cum enim Pater Filium suum  
ratione humanae naturae, hominum gratia obsignasset; necesse  
quoque erat, ut hanc obsignationem variis, iisque non dubiis  
mediis hominibus manifestaretur. Nec sane defuit officio suo  
summum Numen! Utinam, homines, quibus illa obsignatio  
manifestatio facta fuit, officii sui memores fuissent! tunc nec  
Christus, nec Apostolorum sermo de Christo crucifixo Judæis  
scandalo Græcisque ludibrio fuisset. 1 Corinth. 1, 23.  
Multo minus ipsum Christum hæc duplex obsignatio sibi facta  
fugit; ut potius mediis in cruciatibus suis ejus recordatus fue-  
rit, atque preces suas ad montem oliveti, & in cruce ad DE-  
um, Patrem suum, hac obsignatione fundaverit. [n]  
Varias ob hanc consignationem Christi hypotyposes conquirunt  
interpretes; quos inter tamen nemo præter cl. LAMPIUM,  
Theologum Ultrajectinum, rem acutæ tetigisse nobis videtur.  
Is enim excussis aliorum sententiis Christum ob hanc obsigna-  
tionem cum summo sacerdote comparat; quem summum Nu-  
men præter alia vestitus sui ornamenta Laminam fronti sue  
præfigere jussérat, cui insculpta erant hæc verba: קֶרֶשׁ יְהוָה  
Sanctitas Jehovah, Exodi xxviii, 36. appellatur a LXX  
interpretibus hæc sculptura: ἐκυπέκτωμα σφραγίδος. Sum-  
mum enim sacerdotem & officio & vestitu suo Christum præ-  
figurasse, extra controversiam positum est. Hinc a veritate  
non aberrabimus, quando hanc summi sacerdotis laminam cum  
cl.

---

m] Ex collatione Lucæ 3, 12. omnino apparet, eorum sententiam probabili-  
tati magis respondere, qui Spiritum sanctum descendentein columbae  
speciem vere assumisse autemant, vid. STARCKIUS ad Matth. 3, 17.  
& Wolfius l. c.

n] cl. Weisii Diss. de Precibus Messia pro consequenda misericordia Patriæ,  
ex Ps. XL, 12. Præside D. BOERNERO habitam. §. 21.

cl. LAMPIO consignationis Christi typum dixerimus [o

Saltē ad Spiritus sancti mentem proprius accedemus, quam si cum aliis Christum ad quendam gentilis cultus ritum respexisse afferuerimus. (p. Est omnino Christi inter ac summi sacerdotis consignationem haud exiguum discriminē. Quæ enim verbis tantum expressa erat in aurea Pontificis Leviticæ laminatione Jehovah sanctias; ita realiter & essentialiter Christo a Patre consignato competebat: conf. Malach. II, n. neque sanctitas tantum, sed Justitia enim coll. Jerem. 23. imo tota essentia divina. Ut hinc afferere ipsi licuerit; Pater consignavit me; (expressit in me, quod sim.) O ΘΕΟΣ, DEUS!

Quia autem Christus ac fideles unum mysticum corpus formant; Joh. XVII, 21. Ephes. V, 22 - 32. igitur horum cœtus quoque Christi Spiritus, & donorum, quibus caput unctum & consignatum fuit, participes evadere potest; Joh. VII, 32. ut hinc etiam Spiritu sancto obsignentur, docente Paulo 2 Corinth. 1, 22. s. s. Ephes 1, 13 14. cap. 4, 30. Cujus vero consignationis forma, & finis cum Christi consignatione non prorsus.

---

o] LUND US de Iudiorum Sacris nomen ————— huic summi pontificis ornamento inculptum divinæ naturæ Christi typum sive existimat pagin. 440. n. 17.

p] Juxta quem victimæ immolandi sigillo signabantur, cui impressa erat imago hominis ad geniculantis, revinctis post tergum manibus, gladio in jugulum suum imminentem, quo indicabant Sacrum hoc fieri pro homine jam condemnato, & stricto divinæ justitiae ferro jugulum prebente. Quem ritum enarrat ZORNIUS Bibliotheca sua Antiqu. Exeges. T. I. pagin. 335. seq. & ad Christum applicat STARCIUS, aliquique, quos citat WOLFIUS l.c.

sus convenit, [q] sed variis modis ab illa differt. Christus enim ipsa divina essentia, sine hujus sigilli amissionis periculo consignatus erat, & ratione humanae naturae suae idem sigillum non tam sui, quam hominum causa pra se ferebat, ut pro iis divine justitiae satisfacere posset! Quod neutrum de fideliūm consignatione efferi potest! Sed quemadmodum illa donis tantum & testimonio Spiritus sancti fuit facta; ita non nisi in consignatorum commodum vergere debet; ut illi tam presentis invisibilis, quam futuræ hereditatis certiores reddantur. Ut enim breviter hujus consignationis fructus recenscamus; contingit illa credentibus 1. cruce pressis, ne illius mole suppri- mantur Rom. VIII, 28. 39. 2. preces fundentibus, ut certissimam exauditionem sperent. 3. a spiritualibus hostibus tentatis, ne illorum illecebris ac minis seducantur. Ut itaque Spiritus sanctus mnemonicum officium suum hac ipsa consignatione, & συμμαχίαν suam exerceat. 4. Accedit, quod consignatis Ezech. IX, 4. Malach. III, 17. & Apoc. VII, 3. prærogativa præ απίστοις poenis DEI irruentibus promittatur. [r] Neque donatur hoc sigillum credentibus immediate, uti Christo, sed mediate, per verbum & Sacraenta. Tamen hanc ipsam sui consignationem, per Christi consignationem sibi paratam esse; necesse est, ut grati & humiles fateantur pii. In

b 2

Chri-

q] De Obsignatione Fidelium interna cf. D. SEBASTIANI SCHMIDI! Dissertationem Ephes. I, 13. 14. illustrarem; nec non illustris MOSHELMII Oratio-nes sacras P. II. n. 1. qua ritum haec tenus nondum satis cognitum ex Graeca repetit, servis per appensum quoddam sigillum futuram manumissionem promittendi & confirmandi; atque ex eo fideliūm ob-signatio-aem internam scite satis illudit; conteratur etiam ZORNIUS l. c. pagin. 323. (\* ubi vocem ἀπάθεω solidē explicat; quod sci-licet sit pignus, quod in manus traditur, & tenetur re ipsa & συμμα-χίᾳ. Pars pretii implendi & ad ultimum quadranteū tempore constituto persolvendi.

r] cf. RITTMERUM l. c.

Christo enim, inquit PAULUS Ephes. I, 13. Spiritu sancto consignati fuistis.

*Id, quod insigne beneficium excipit officium a consignatis præstandum; scilicet ut illi etiam consignent, quod Deus sit verus, h. e. ut accipient, ut credant divino Testimonio de sua salute. Legitur hoc Christi mandatum ejusque interpretatione apud JOHANNEM cap. iii, 33. [s] Fit illa consignatio assensu divinis promissionibus dato, in precibus, cruce, & vita, quem spiritualium hostium minis ac illecebris superari non patiuntur; adeo, ut & ipsis vite sue moribus ad divinam regulam evangelio annexam compositis assensum suum declarant. coll. i Joh. iii, 3. Cessante hac activa fidelium consignatione cessat etiam ipsorum consignatio passiva; quia tamen, dum extra cœlestis patriæ limites errant, beneficium maius non datur ullum. Cessat autem, quando malitiae peccatis salute a DEO sibi sub certa conditione promissa se indignos redundunt, & Spiritum sanctum mœrore afficiunt. Eph. IV, 30. [t] Illis enim & sanctitatem, & veritatem, summi Numinis in dubium vocant; i Joh. V, 10. quas proprietates tamen consignare & confirmare debebant. Non quidem suis viribus; quæ tanto negotio longe impares existunt; sed ipsis spiritus divini ope, qui eos obsignavit. Cujus offici sui memores beneficio etiam consignationis suæ nunquam non frui possunt.*

*Hæc de CHRISTI Obsignatione nunc præfari libuit! quam eo lubentius TIBI in mentem revocare volui, quia TUÆ Obsignationis principium est, & fundamentum; ejusque me-*

*mo-*

s] Quæ verba egregie illustrat Zornius I, c. pagin. 336. & 338. cf. hic Rom. 3, 6. ubi Spiritus sanctus testimonium συμαρτυρεῖ cum spiritu nostro [illuminato sc.] dicitur.

t] Ad quem locum cf. WERNSDORFIUM & MOSHEMIUM I, c.

*moria fidem TUAM non parum corroborare valet, fore, ut  
& in posterum, quoad in mystica cum Christo capite mystico  
conjunctione perseveras, Spiritus sanctus σΦραγμὸς ad in-  
star TE obsignet, quia Christus in æternum obsignatus manet.  
Macte! igitur fortique animo; & novum PASTORIS PRI-  
MARII munus; & novum vitæ annum feliciter auspicare!  
Utriusque auspicium nova Spiritus auxilia sibi postulant.  
Nec ea TE deficient! Spiritus enim, per quem in Christo ob-  
signaris, non salutis modo per eum TIBI confirmatæ est sigil-  
lum, sed quoque portio ipsius salutis præcipua. Cum primi-  
tiis Israelitarum comparanda, quarum missis, & oblatio DEO  
facta spem & jus ad reliquias fruges decerpendas, & in usus  
suos convertendas, illis dabat; Exod. XXIII, 19. XXIV, 26.  
Deuter. XVI, 1. [u] quare Paulus etiam spiritum ἀπνεχόν  
appellat Rom. VIII, 23. [x] Liceat venia TUA hic inserere  
egregiam cl. STEPHANI LE MOYNE observationem, qua  
internam fidelium obsignationem illustrat: [y] Spiritus sanctus  
est signum, sigillum, σΦραγμός, ad securitatem conscientiæ no-  
stræ nobis a DEO concessum: est pignus, quo certi reddi-  
mur, DEum aliquando omnia sua promissa impleturum, &  
perspicue,clareque confirmaturum, quod non sit homo leviti-  
tati obnoxius, nec filius hominis, quem diætorum suorum su-  
beat unquam poenitudo. Est etiam pars pretii, & acquisitæ  
hæreditatis per sanguinem Domini nostri JESU Christi. San-  
gvis Christi est pretium istius emtionis. Omnia bona cœle-*

[i] Quæ loca illustrat GOODWIN Mose & Aaron pagin. 848. edit. Hot-  
tingeri, & RELANDUS Antiquaribus S. pagin. 351. aliquæ, qui ri-  
tus Judæorum sacros descripsérunt.

[u] Dicit quidem Paulus spiritum sanctum in fontibus; *Primitias spiritus;*  
sed nonnunquam in statu regiminis ponuntur, quæ per appositionem  
sunt connexa. vid. GLASSII Phitologia S. pagin. 546.

[y] Varijs Sacris pagin. 479.

stia sunt ipsa hæreditas, cuius pars jam nobis traditur, tan-  
quam pignus Χειρόσολον, & καλαυχίου nimirum Spiritus san-  
ctus, qui a nobis jam possidetur, semper possidendus, & con-  
cessus in spem obtinendæ integræ hæreditatis, & fruitionis ;  
& usus omnium bonorum cœlestium , in quorum perfecta  
congerie consistit æterna beatitudo, & quorum delibatae pri-  
mitiæ, nimirum Spiritus sanctus sunt pignus homogeneous ,  
& arrha sanctissima & archabon certissimus. Exerit se hic  
*Spiritus & administrantibus, & sanctificantibus, que vocan-*  
*tur, donis.* Utrisque a Christo per meritum suum partis, ut  
ab ipso in homines illorum indigos deriventur. Hæc animi  
corporisque TUI vires, quas provectiones, munerisque gra-  
vitas frangere molitur, de novo sufficiunt, & confirmabunt.  
Spiritum enim sanctum ceu sculpturam in TE conspiciens  
Christus, TE summis animarum Episcopus cordi humerisque  
suis, quod cum spirituali sponsa Cantic. VIII, 7. [z] de-  
siderabis, imponet, TUIque sollicitam curam aget.. Quam  
quæsio, hoc modo anima TUA valere poterit! Prospere au-  
tem valente anima non raro feliciter corpus valere potest!  
Cujus robur nulla re magis quam animæ anxietate & mero-  
re debilitatur! Id saltem tam certum quam quod certissimum  
est, corporis infirmitatem eo facilius & feliciter tolerari posse,  
si anima solatio est firmata. Illud ex TUI obsignatione ca-  
pias! Ut itaque Pater cœlestis TE Evangelii ministro, plu-  
res

---

2] Sive ————— explicemus annulum signatorium ; sive sigillum, aut aliam  
quandam sculpturam, vel annulo, vel alio quoconque instrumento fa-  
ctam ; (Utrumque enim significare hanc vocem, observant Lexico-  
graphi;) hoc ipso voto sua curæ & amori sponsi suæ se commendat  
sponsa. Annulum enim declarandi amoris symbolum antiquo ævo jam  
habitum fuisse, docet KIRCHMANNUS de Annulis pagin. 118. 157.  
cf. DASSOVIVM de Emphas. S. vocum ex veteri Historia Hebr. re-  
petenda. Diff. III. pagin. 3.

res adhuc ecclesiae Laubanæ nostræ animas per Spiritum sanctum in Christo consignare queat. Gentiles mystas suos olim nominabant σΦεαγιστας; [aa majori autem jure Evangelii ministris] ἦν σΦεαγιστῶν titulum sibi vindicant. Quia ipsorum ministerio per verbum & Sacra menta homines ob signari curat. Hoc Obsignatoris officio TU quoque, CHARIS SIME PARENTS, quo hactenus usus fuisti, studio fungaris! εἰδὼν οὖπον σε γηράτινον εἶναι καὶ νεφέλων. Gratulor TIBI Tuos conatus; gratulor TIBI futuros fructus! Vale, Tu quoque paterno amore, paternisque precibus ad DEum ardenter fuisis, & in posterum me prosequaris. Laubæ D. XXX Novembr. MDCC XXVII.

22] Victimæ enim immolandas charactere quodam notabant. vid. JOH. MICHAEL HEINECCIUS de veteribus Germanorum aliorumque nationum sigillis. P. I. Cap. 3. pagin. 23.



... und erneut auf andere Weise aufgewandelt. In diesem Falle  
wurde der Text so verändert, dass er nicht mehr  
einen Sinn mehr hat. Es ist eine Art von  
verborgener Schrift, die man nicht mehr  
lesen kann. Ich kann Ihnen nur zeigen, was  
diese Schrift ist, aber ich kann Ihnen nicht  
erklären, was sie bedeutet.

Hier ist ein Beispiel für eine solche  
verborgene Schrift, die in einem alten Buch



65 E 12

